



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1618. usque ad annum 1620

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118847

§. 42. Joachimii Backii & Arnoldi ab Isca, atque Antonii Molinæ obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67326)

autem præventus nil nisi disputationes Sæc. XVII.
 Theologicas in selectas D. Thomæ quæ- Sæc. 1619.
 stiones posteris reliquit.

§. XLII.

*Joachimi Backii, & Arnoldi ab
 Isca, atque Antonii Molinæ
 obitus.*

Hunc pari fato sequebatur Jacobus Andr. Bibl.
 Backius Ultrajectensis Sacerdos, Belg.
 qui eruditione ac prudentia clarus, Miræus l. c.
 dum recens nata Protestantium secta
 Belgium devastaverat, quamplurima,
 eaque doctissima opuscula contra hosce
 Novatores edidit, ex quibus præcipue
 celebrantur. I. *Scopa conscientiæ*, quem
 librum Gallico idiomate conscripsit.
 II. *Interpres, seu Advocatus omnium sin-*
cerorum Catholicorum. III. *Bannum om-*
nium hæreticorum. IV. *Catholicorum pra-*
vorum Tò quare? Decessit eruditus hic
 Author Ultrajecti anno ætatis suæ quin-
 quagesimo septimo. Huic adjungimus
 Arnoldum ab Isca Ordinis FF. Minorum
 celeberrimum Concionatorem, qui Lo-
 vaniensis Conventus Superior quinque
 sermones elucubrabat *de arte salubriter*
in Christum credendi, præter *Officium B. V.*
 obiit die decima quinta Martii. Men-
 sis autem Septembris die vigesima pri-
 ma decessit non sine magna Sanctitatis

Sæc. XVII. A. C. 1619. opinione Augustinus Molina patria Castellanus, qui Ordinem FF. Eremitarum Sancti Augustini professus Theologiam tradidit, postea ad Cartusianos in Regiam domum *de Miraflores*, quæ prope Burgos in Regno Castellæ sita est, sese transtulit. Scripsit idiomate patrio librum plane aureum, jam trigésimo prælo excusum, cui titulus: *Instructio Sacerdotum ex Sanctis Patribus*: Edidit quoque *exercitia spiritualia pro Fratibus laicis*, item librum de meditatione & oratione præter tractatus de quatuor novissimis, & de rebus politicis: Præfata ejusdem Instructio propter sui utilitatem in Gallicam ac Italicum idioma translata, atque janno Christi millesimo sexcentesimo quadragésimo quarto Antverpiæ apud Arcefenium latinitate donata prodiit.

§. XLIII.

Quidam Scripiores e Societate mortui.

*Alegamb,
Bibl. Script.
Soc.*

Ad Scriptores Ecclesiasticos, quibus hoc anno mors calamum excussit, referendi occurrunt ex Jesuitis nonnulli, & primo quidem Franciscus Costerus patria Mechliniensis, qui S. Ignatii, a quo Societati aggregatus fuerat, monita, scilicet, *animi demissionem, obedientiam, mentisque jugem lætitiâ*, semper cordi